*Mandere rite decet) obseruanda est ciuilitas
in mandendo. Il fault garder ciuilité en mangeant.*

*Et licet antiqui cubuissent pronò pectore: hæc
ætas iubet te tenere colla recta) Combien que les An-
tiques se tinsent à table comme courbes, & pendants sus
l'estomach: toutes fois l'aage, auquel nous sommes, tient
pour plus honneste, qu'en estant à table, on soit droit de-
puis le fonds du corps, sans trop baisser la teste, ou la
poitrine.*

*Et finito potentes hære re mensis cubitis) so-
lent diuites suo omnia arbitrato facere, & paulò
esse insolentiores. Quo fit, ut non minus in mensa,
quàm in reliquis rebus suã insolentiam retineant.
Qua utentes si in mensa cubitis innitatur, eorum
exemplum ne imitare. Les riches ont de coustume
de faire*

de faire toutes choses à leur plaisir, & d'estre insolents plus, que de raison. Parquoy il aduient, qu'ilz soient aussi pleins d'insolence à table, qu'en toutes aultres choses. De laquelle usants s'ilz tiennent les coudes sur la table, tu ne les imiteras en cela.

Tu pone, & repone tantum facileis manus) uitio, quod modò dixi, uitato, manus tantum in mensa immite, easq; dexteri tate, & decentia quadam, non rustico, au agresti gestu. Ayant euité le vice dessusdict, mets seulement les mains sus la table: & les mets avec certaine dextérité, & civilité: & non pas avec gestes rustiques, & agrestes.

Tuq; puer iubeo sedear raro'ue, uel astans

Pocula mitte celer: pone'ue, tolle dapes.

Iuraq; conuiuas superimportare minister

Effuge. Nam turpis sæpe fit inde toga.

Iubeo, ut tu puer sedear raro) si seniores, aut te honoratiores affuerint, eos sedere finito, & nullum, nisi uacuum, locum occupato. S'il ya des gens

uicieux,

uicieux, ou plus honorables, que toy, laisse les seoir chacun en son lieu: & ne prends place pour toy, si non celle, que tu uoirras uuide, & n'estre occupée d'aucun.

Vel astans, mitte celer pocula) aut dum astas, uino fundendo serui. Ou estant debout, sers de uerser à boyre.

Pone dapes, uel tolle) appone fercula, uel aufer. Assieds les plats, ou les oste.

Et tu minister effuge importare iura super conuiuas) dum uerò ministri officio fungeris, facisq; quod supra diximus, caue uel dapes apponendo, uel auferendo, quicquam liquidum in uestes conuiuarum infundere. Mais quand tu fais l'office, que dessus, donne toy garde en seruant, ou desservant, de rien respandre sur les habillements de ceulx, qui sont à table.

Nam toga fit inde sæpe turpis) maculis enim, quæ uix elui possunt, sæpe inde uestes deturpantur. Car par cela souuent les robes sont diffamées par taches, qu'a grand' peine on peut faire en aller.

Quodq; iubebit herus, facilis, semperq; subito:

Quemq; tibi dederit, tu tibi sume locum.

Quodq; uir egregius pauido tibi porriget, illud

Sume libens: grates, aptaq; uerba refer.

Subito facilis, & semper, quod herus iubebit) quæ à domino, & hero tibi iuebuntur, ea statim perficito, sine ulla laboris recusatione. *Fais soubdain, & de bon cueur ce, que ton maistre te commander, sans auoir aucunement esgard, à ta peine.*

Et sume tibi locum, quem tibi dederit) & si ea humanitate sit, ut te sedere iubeat, eo accumbe loco, quem tibi constituerit. *Et s'il est de si grande humanite, qu'il uueille, que tu sois assis, mets toy au lieu, qu'il te dira.*

Et sume libens illud, quod uir egregius tibi pauido porriget) ne reiice, quod uir grauis, & honestus tibi uerecūdo porrexerit. *Ne refuse point ce, qu'ung personnage honneste t'aura baillé à table, encores qu'en cela tu ayes honte de le prendre.*

Et refer grates, & apta uerba) nil tamen accipias, nisi gratiam habendo decenter, & cum ciuilitate. *Ne prends rien toutesfoys sans remercier avec bonne grace, & honnestes parolles celluy, qui t'aura de parti de quelcque mez.*

Esto tribus digitis, magnos nec sumito morsus:

Nec duplices offas mandere utrinq; iuuēt.

Esto tribus digitis) tribus tantum digitis cibum cape. *Prends la viande avec trois doigts.*

Nec sumito magnos morsus) nec plus satis accumulato cibo buccas distende. *Et ne remplis la bouche de trop gros morceaulx.*

Nec iuuēt mandere utrinq; duplices offas) nec honestum puta, utraq; manu cibum in os ingerere, & mandere utraq; oris parte. *Ne repete point pareillement honneste mettre de la viande en la bouche de chasque main, & manger des deux costés.*

Dapsilis, & largus semper: blandeq; sodali

Impartire tuo, pauperibusq; dapes.

Sis largus, & dapsilis semper) si opibus abundes, auariciam fuge, & in conuiujs parandis ne sis parcus. *Si tu es riche, fuy auarice, & ne sois chiche à faire bonne chere, & bien traicter tes amys.*

Et impartire blandè dapes tuo sodali, & pauperibus) ei, qui tecum accumbit, partem ciborum, quos ad manum magis habes, humanè distribuito: pauperibus etiam benignè largire. *Fais part à celluy, qui est aupres de toy, des viandes, que tu as plus à main, que luy. Sois aussi liberal de tes viandes enuers les paoures.*

Nec uos obscœnos laudabimus, aut comedones.

Esse decet, uiuas : uiuere, non ut edas.

Namq; cibus nimius capiti, stomachoq; nocebit,

Corporis & uires, ingeniumq; rapit.

Non laudabimus uos obscœnos) in decetiam, gulositatem, & uoracitatem in uobis semper uituperabimus: aut si quod aliud uitium in mensa admittetis. Nous reprendrons, & uitupererons tousiours en uous inciuilité, gourmandise: & tout aultre vice, duquel uous userez à table.

Decet esse, ut uiuas: & non uiuere, ut edas) non uiuendum est, ut comedamus: sed comedendum, ut uiuamus. Quo dicto necessitas in cibo sumendo intelligenda est, non uoluptatis occasio. Il ne fault pas uiure pour manger: mais manger pour sustenter la vie. Par lequel dicton il fault entendre, que sans necessite l'homme honnesté, & de bonnes mœurs ne doit prendre aucune viande: ains tousiours euité toute occasion de uolupté, & plaisir, quant à la gorge.

Nam nimius cibus nocebit capiti, & stomacho) quia si te cibo, uinoq; ingurgites, id graue damnum

damnum afferet capiti, & stomacho, ualetudinemq; tuam labefactabit. Car si tu te remplis de uian de, & de uin, cela portera un grand dommage à la teste, & à l'estomach: & gastera toute ta santé,

Et rapit uires corporis, & ingenij) neq; solum corporis uires extinguet, atq; absumer istiusmodi crapula: sed & omnem ingenij uiuacitatē exhauriet. Car telle gourmandise, & yurongnerie n'estaimdra seulement les forces, & puissance du corps: mais affoyblira aussi, & consumera toute la uiacite de l'esprit.

Gausape non macules, aut pectora: nec tibi mentum

Stillet, sitq; tibi ne manus uncta, caue.

Sape ora, & digitos mappâ siccabit adaptâ:

In quadrâ faciet non tua palma moram.

Non macules gausape, aut pectora) hortatur iterum ad munditiam ijs uerbis. Non macules iuris alicuius, aut uini in persione linteolum, quod tibi à collo pendet: uel quod super mensam stratum

tum erit. Caue itē, ne peccus aliqua macula foedas. Il exhorte de rechef à garder honnesteté, en telles paroles. Ne sallis point la nappe, ou ta seruiette en y laissant tomber quelque saulse, ou quelque brouet, ou du uin. Et te garde aussi, que par semblables choses tu macules ta robbe deuant l'estomach.

Nec mentum tibi stillet) Garde toy pareillement, que quelque chose ne te pende, ou distille du menton: comme quand on a humé le brouet de soupe: ou quand on a trempé son morceau en la saulse, ou quand on la beu.

Et caue, ne manus sit uncta) adhæc: manus, qua cibum capis, non sit rebus tactis malè laura, aut sordida. D'auentage: la main, de laquelle tu prends la viande, ne soit point grasse, ou sale par les morceaulx, que tu auras touchés.

Et siccabis sæpe ora, & digitos mappa adapta) tergebis sæpe linteolo, quod tibi à collo pendet, os, & digitos. Tute torcheras souuent la bouche, & les doigts de ta seruiette.

Tua palma non faciet moram in quadra) non diu manus super scissorium, aut in ferculo morabuntur. Tu ne doibs pas tenir long temps les mains sus le trenchoir, ou dedans le plat.

Quod tibi uicinum fuerit, tu sume:
sodali

Cede tuo, referat dum tamen ille
manum.

Dumq; in frustra secat, caueas sumpsisse recisa.

Lurco legit dulces absq; rubore bolos.

Aut sume, quod tibi uicinum fuerit) qui ante te cibi positi sunt, ex ijs, quod tibi necessarium est, sumito: non tamen ferculum circumuoluēdo, uelut ad delicatiores escæ parteis inhians. Prencce, qui t'est necessaire, de la viande, qui est mise deuant toy: non pas toutesfoys en uirant le plat, comme ouurant la gorge apres les plus friants morceaulx.

Cede tuo sodali, dum referat manum) si, qui tecum accumbit, ex obsonio aliquid scindat, manum in ferculum ne inijcito, priusquam manum ille reduxerit. Si celluy, qui est assis aupres de toy, ou deuant toy, taille quelque morceau, ne mets la main au plat, iusques à ce, qu'il ayt prins ce, qu'il uouldra, & qu'il ayt retiré sa main.

Et dum secat in frustra, caueas sumpsisse recisa) dum autem is, qui tecum accumbit, secat dapes in frustra, caueas sumere interim, quæ ille secuerit. Mais quand celluy, qui mange avec toy, taille, ou deschiquettera quelque viande, garde toy de prendre, ou manger les morceaulx, ce pendant qu'il fait cela.

Lurco legit bolos dulcēis absq; rubore) liguator,

ritor, & homo uorax se lingit, & excerpt impudenter parteis obsonij deliciores, & lapidiores. Quod uitium tibi uitandum est. Vng gourmand, & ung homme subiect à sa gorge ua cherchant, & espiât sans aucune honte les plus friants morceaulx. Quant à toy, tu doibs euitter tel uice.

*Non manibus gremio immisís, tibi uel
licet unguís,
Quod sumes: resides non agitato
pedes.*

Vnguis non uellicet, quod sumes, manibus gremio immisís) turpis, & inhonestus cēbere, si manus in gremium immittas, uel aliquas corporis parteis frices, ac postea unguibus cibū carpas. On te tiendra pour uillain, & deshonneste, si tu mets les mains au sein, ou que tu te frottes quelque partie du corps deshonneste, & puis apres tu niennes à espar piller la uiande avec les doigts.

Non agitato resides pedes) non pedes subinde moueto, ne conuiuas è loco deturbes, aut ne aliquem lædas, uel te ipsum inconstantem præbeas. Ne bransle point les iambes à table, affin que tu ne fasses tomber quelqu'ung des assistants, ou que tu ne blesses personne, ou que tu ne te monstres inconstant, & mal appris.

Incip

*Incidasq; prius, quàm dens contundat
ofellam:*

*Tingantur rursus ne tibi morsæ,
caue.*

*Nec lingas digitos: nec rodas turpiter
ossa:*

Ast ea cultello radere rite potes.

Incidas prius ofellam, quàm dens contundat) quam partem uel panis, uel cibi sumpseris, eam prius in frustra incidito, quàm in os ingeras, & mãdas. Coupe en morceaulx la part de pám, ou de uiande, que tu aurás mise sus ton trenchoir, deuant que de la mettre en la bouche, & deuant que de la mascher.

Caue, ne tibi morsæ tingantur rursus) à ciuilitate abhorret, quæ prius momorderis, uel quæ iam iure sparfa, aut tincta in os ingesseris, ea rursus in ferculum immittere. Cela ne sent point sa ciuilité, tremper de rechef en la saulse le morceau, que tu aurás desia mys en la bouche, ou demy mangé.

Nec lingas digitos) parum etiam honestū est, digitos lingere. Il est pareillement peu honeste, de lecher ses doigts.

Nec rodas turpiter ossa) non rode ossa dentibus, ut canes: neq; ea carne denudato, ut accipia

C 5 res.

tres. Ne ronge point les oz avec les dents, comme les chiens: ou ne les descharne avec les ongles, cōme font les oyseaulx de proye.

Ast potes rite ea radere cultello) at potes ea decenter radere, & carnem ex ijs colligere cultello. Mais tu les peulx honnestement rascler, & d'y ceulx amasser la chair avec le cousteau.

*Siue super mensam cortex cumuletur,
& ipsa*

*Ossa, uel in pateram, præ pedibus uer-
iace.*

si cortex cumuletur super mensam, & ossa, iace in pateram, uel præ pedibus) quicquid pani, aut bellarijs (ut pomis, nucibus, caseo) detrahitur, id omne in uas amplum ad hoc appositum con- gere: & iace ossa in terram, ita tamen, ut neminem lædas. Tout ce, qui s'amasse de superflus sur la table, cō- me les crostes de pain, la peure du fromage, des pom- mes, des poires, les oz, & aultres choses, mets les en ung panier, ou aultre uaisseau pour ce accommodé. Ou iette les oz sous la table aupres de toy: mais que ce soit tou- tesfoys sans blesser personne.

*Nec tanquam ficos tenta, nec delige
frusta:*

Et

*Et quocunq; manus, huc tibi lumen
eat.*

Nec tenta, nec dilige frustra, tanquam ficos) ne prætentas manu, ne felige oculis frustra obsonij, quemadmodum faciunt, qui ficos emunt. Ne ta- ste point avec la main, & ne marque point avec les yeux les meilleurs morceaux de la table.

Et lumen eat tibi, quocunq; manus) & quan- cunq; cibi partem manu tenueris, eò simul oculum adijcito. Et quelque partie de la viande, que tu tou- ches, ou prenes pour couper, iette là dessus ta ueue, & non en aultre part.

*Nec socium toruè inspicias: quid ue ede-
rit ille,*

*Aduertas: gestus inspicere sæpe
tuos:*

Nec inspicias toruè socium, neq; aduertas, quid ille ederit) non oculis obliquis obserua, quid scin- dat, aut comedat ille, qui tecum accumbit. Ne re- garde point de costé, ou de trauers ce, que mange, ou ce, que taille celluy, qui prend son repas avec toy.

Inspice sæpe tuos gestus) rationem gestuum, & morum habe. Prends plus tost garde à tes gestes, & à tes mœurs.

Pocula

Pocula cum sumes, tergat tibi mappa
labella:

Si tergas manibus, non mihi charus
eris.

Vna manus sumat pateram, ni hanc
iactet in hostem

Theseus, aut Beli sint monumenta
patris.

At si hanc binis manibus captabis, id
apte

Efficies: digitis pocula sume tribus.

Pocula cum sumes, mappa tergat tibi labella)
antequam bibas, & postquam biberis, labella tibi
tergas. Essuye toy la bouche deuant que tu boyues, &
apres que tu auras beu.

Si tergas manibus, non eris mihi charus) quod
si manu labra tergas, te in hoc non laudabo. Si tu
t'essuyes avec la main, ie ne te loueray point en cela.

Vna manus sumat pateram) una manu cyathum
in os infer. Porte le uoyrre, ou la tasse à la bouche d'ua
ne main seule.

Ni Theseus hanc iactet in hostem) nisi ea sit ma-
gnitudine,

gnitudine, & ponderis grauitate, qua erant pate-
rae, quibus Theseus Lapithas propulsauit. Si la tasse
se, ou tu boys, n'est de telle magnitude, & pesanteur,
qu'estoient les uaisseaux, desquelz Theseus se defendit co-
tre les Centaures.

Aut sint monumenta Beli patris) nisi, inquam,
tua patera sit aequè magna, & grauis, atq; erat pa-
tera Beli patris Didonis. De qua patera ita scribit
Vergilius Aeneidos primo:

Hic Regina grauem gemmis, auroq; poposcit,
impleuitq; mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo soliti, & cæ.

Si (de rechef) ta tasse n'est aussi grande, & pesante, que
le hanap de Belus pere de Dido. Du quel hanap Virgile
escript au premier liure de son Aeneide.

At si captabis pateram binis manibus, id effi-
cies apte) sed si patera, aut cyathus, in quo bibes, ea
erit ponderis grauitate, ut utraq; manu ad eum
tollendum tibi opus sit, id facies cum decentia, &
ciuilitate. Mais si le hanap, ou tu boyras, est si pesant,
qu'il faille, que tu le leues avec les deux mains, tu feras
cela avec grace, & honnesteté.

Sume pocula tribus digitis) ut plurimum au-
tem sume cyathum tribus digitis. Pour le plus com-
mun usage, prends le uaisseau, ou tu boyras, avec troys
doigts.

Et teneas oculos: nec supra pocula fare:

Plena aliquo uita sit tibi bucca cibo.

Deme

*Deme merum cyatho, multum ne fortè
superfit,
Quod nolit socius sumere ritè tuus,
Qui sapit, extinguet multo cum fonte
falernum,
Et parco lympham diluet ille mero.*

Nec fare supra pocula) nec, cum cyathum tenes, uerba longiora facito. Ne presche point sur la uendange: ne cause point en tenant le uoyrre.

Vita, tibi bucca sit plena aliquo cibo) turpe etiam est, dum cyathum ad os admoues, buccas habere cibo distentas. Il est aussi deshonneste d'auoir la bouche pleine de viande, quand tu ueulx boire.

Deme merum cyatho, ne fortè superfit multū, quod tuus socius ritè nolit) si utrum sit paulò plenius, deme partè uini, ne quid, ubi biberis, superfit, quod is, qui tecum accumbit, nolit bibere. Si le uoirre est ung peu trop plein, ostes en du uin, affin que quand tu auras beu, il n'en demeure beaulcoup, & que ton compaignon refuse à bonne cause de le boyre.

Qui sapit, extinguet falernū multo fonte) qui ualitudini consulit, uino non utitur nisi multum diluto. Celluy, qui ueult garder sa sante, ne boit point de uin, qu'il n'y mette beaulcoup d'eau.

Et diluet lympham parco mero) & plus aquæ miscabit,

miscabit, quàm uini. Et mettra plus d'eau au uoirre, que de uin.

*Non facies binos haustus: nec fessus
anheles:*

*Sibila nec labiis stridula prome tuis.
Nec citò sorbebis uelut oui lutea grati.
Nec niniùm tarda sume falerna mora.
Vnum sume, duo, ad summum tria pocula sumes:*

*Si hunc numerum excedes, iam mihi
potus eris.*

*Fac uideas, quodcunq; bibes, modicè
cumq; pitissà:*

Crater, siue calix det tibi uina breuis.

Non facies haustus binos) inter bibendum nō haustus uarios reperes, sed uno spiritu, quod satis erit, bibes. En beuant, tu ne feras plusieurs traicts: mais tout d'ung traict tu boiras à ta suffisance.

Nec fessus anheles) neq; te tantum uno haustu ingurgites, ut fessus uidearis, cogarisq; anhelare. Et ne boy tant en ung traict, qu'il semble apres, que tu fois

sois las, & que tu sois contrainct de respirer, cōme ayant perdu l'haléme.

Nec prome sibilā stridula tuis labijs) iunctum est hoc vitium cum proximo. Post anhelitum enim sequitur sibilus. Ce vice est ioinct avec celluy prochainement dict. Car apres auoir attraict son haléme, il s'ensuiuit un g sifflement de leures. Ce qu'il fault entreter apres auoir beu.

Nec sorbebis citò, uelut lutea oui grati) non ea auiditate bibes, ut ouum potius sorbere uidearis, quàm bibere. Tu ne boiras pas de si grand' ardeur, qu'il semble plus tost, que tu humes un œuf, que tu boyues.

Nec sume falerna nimirum tarda mora) neq; nimirum lentè bibe. Ne boy pas aussi trop lentement.

sume unum, duo, ad summum tria pocula) ter bibe, ut plurimum. Boy troys fois à ton repas, pour le plus.

Si excedes hunc numerum, mihi eris potus) si plus, quàm ter, bibes, ebrium te existimabo. Si tu boys plus de troys fois, ie te tiendray pour yure.

Fac uideas, quodcumq; bibes) quid, & quantum sis bibiturus, fac dispicias. Regarde, que c'est, & combien tu dois boire.

Modicumq; pitissa) antequam plenè bibas, uinum gustare, honestum est. Deuant que de boire à bon effient, il est honneste de taster le uin.

Siuè crater, siue calix breuis det tibi uina) siue ue calice, siue uitro bibas, breue, & angustum semper

per sit uasculum. Soit, que tu boies en uoirre, ou en tasse, ou en hanap, il fault pour honnesteté, que le uaisseau soit petit.

Os quoq; tergebis semper post pocula.
Palmas

Ablue, cum mensam deseris, atq;
labra.

Inflexensq; genu, iungens quoq; brachia, prosit

Dicito. Sed tolles ordine quæq;
suo.

Tergebis os semper post pocula) ubi biberis, semper os tergito. Quand tu auras beu, effuye toy tousiours la bouche.

Ablue palmas, & labra, cum deseris mensam) post cibum captum laua manus, & labra, uel os ipsum totum aqua intrò sumpta. Apres le repas laue toy les mains, & la bouche avec un peu d'eau, ou de uin.

Et inflexens genu, & iungens brachia dicito prosit) & poplite flexo, brachiaq; decenter cōtra-hens, iube cibum sumptum prodesse conuiuis.

Et en faisant la reuerence, & serrant les bras avec bonne

50

DE MORIBVS IN

grace, dy le terme commun: Bon pour uous face.
 Sed tolles quæq; suo ordine) si uerò ea sis con-
 ditione, ut serui munus tibi sit obeundum
 aut ob parētū iussa, aut propter seruorum
 absentiam, ubi feceris, quæ modò dicta
 sunt, tolle quæque suo ordine. Mais si
 tu es en tel estat de fortune, qu'il te faille
 le faire l'office de seruiteur, ou par
 le commandement de tes pa-
 rents, ou pour l'absen-
 ce des seruiteurs, des-
 sers tout selon
 son or-
 dre.

F I N I S.

Apex

A D S V P E
 R I O R A D O C V
 M E N T A.



Ec satis est, mundum, co-
 memq; accedere mēsam,
 Ni probus in cunctis con-
 spiciare locis.

Proinde puer, qualem satages deduce-
 re uitam,

Te perquam paucis admonuisse ue-
 lim.

Mane experrectus, quas condidit opti-
 mus Autor,

Christus eas referes supplice mente
 preces.

Deinde salutatum properabis utrumq;
 parentem,

Et cuiuscunq; tuæ cura salutis erit.
 Tum quencunq; uides uenerandum re-
 ligatione,
 Sanguine, canicie, moribus, officio:
 Huic, si fortè sedes, satagas assurge,
 resistas,
 Aut transis, retegens tempora, flecte
 genu.
 Tum præceptoris tibi patris amore
 colendi
 Auribus, atq; oculis, menteq; uerba
 cape.
 Quæ si fortè tibi minus intellecta re-
 liquit,
 A condiscipulis sunt repetenda tuis.
 Intellecta autem, ne mox neglecta que-
 raris,
 Inscribes nitido sæpe legenda libro.

Tandem,

Tandem, ubi doctus eris, reliquum est,
 bene uiuere cures:
 Ignarisq; tibi cognita præcipias.

Admonitio.

Boni uir animi, & mentis piæ Badius Ascen-
 sius, cum superiora documenta commentariolis
 quibusdã plebeijs (ut plebeix erat doctrinæ, &
 triuialibus grammatistis aptæ) exposuisset, hæc
 apicis loco adiecit: quæ nos renjcienda non cen-
 suimus, eo certè nomine, quòd recta, & honesta,
 Christianaq; uideantur. Ad eorum igitur elucida-
 tionem pergimus.

ORDO, ET DECLARATIO CARMINIS.

Nec satis est, accedere mēsam mundum, & co-
 mem)lautities corporis, & ciuilitas diligenter ob-
 seruata non satis quidem est. L'honneste est du corps.
 & la ciuilité bien gardée ne suffit pas.

Ni conspiciare probus in omnibus locis) nisi cū
 ijs animi cultum (quæ uirtus est) coniungas: ita
 certè, ut bonus ab omnibus habearis. Si tu ne con-
 ioins avec cela l'aornement de l'ame, qui est uertu: de for-
 te, que chascun t'estime homme de bien.

Proinde, ò puer, te uelim admonuisse perquam
 paucis, qualè uitam deducere satages) quare præ-
 ceptis te instruere uelim, ò puer, quibus uitam ho-

D 3 nestè

nestè tranſiges. Parquoy ie te uelx instruire en ces
tains preceptes, ò ieune enfant, par lesquelz tu pourras
passer ceste uie honnestement.

Mane expectatus, referes mente supplice eas
preces, quas Autor optimus Christus condidit)
ad primam lucem, cum è lecto surges, ea oratione
utèrè, cuius formam tradit Christus in Euāgelio:
nempe, Pater noster. *Le matin, quand tu seras leué,
tu diras deuotement l'oraison, laquelle Iesu Christ nous
baille en l'Euangile: c'est asscauoir, Pater noster: Nostre
pere, qui es es cieulx: & cæt.*

Deinde properabis salutatam utrumq; paren-
tem) postea, ubi corpori ornando operam dede-
ris, ad parentes ibis, & si tibi pater, & mater est,
utrumq; cum reuerentia iubebis esse saluum. *Après
l'oraison faicte, & estre habillé, tu t'en iras uers tes pa-
rents: & si tu es pere, & mere, tu leur diras le bon iour
auec reuerence.*

Et cuiuscunq; erit cura tuæ salutis) neq; solùm sa-
lutabis patrem, & matrem, si tibi sunt: sed & om-
neis, quorum fidei, & curæ eris cōmissus. *Et non
seulement tu salueras ton pere, & ta mere, si tu les es en-
cores: mais tous ceulx auſsi, qui auront la charge de toy.*

Tum, quencunq; uides uenerandum religione,
sanguine, canitie, moribus, officio: huic satagas
assurgere, si fortè sedes: sistas, aut transis, flecte ge-
nu, retogens tempora) præterea, si quis ante te
transit uel religione uenerandus, uel sanguine, &
affinitate tibi coniunctus, uel senex, uel uitæ intè-
gritate,

gritate, & castis moribus spectatus, uel magistra-
tum gerens, si sedeas, huic assurgito. Si uerò stas,
aut ambulas, eum saluta, nudato capite, & popli-
te flexo. *Oultre cela, s'il passe deuant toy quelcque hom-
me de religion, ou tien parent, & affin, ou quelcque uieila-
lard, ou quelcun de bonne renommée, ou quelcque magi-
strat, si tu es assis, leue toy: & si tu es droict, ou que tu
chemines, oste le bonnet, & luy fais la reuerence.*

Tum cape uerba præceptoris tibi colēdi amo-
re patris, auribus, oculis, & mente) præceptoris,
qui tibi loco patris esse debet, excipe documenta
cum maxima animi attētionē, & oculorum ob-
seruatione. *Recoy les instructions, & documents de
ton precepteur (lequel te doit estre en au si grand' re-
uerence, que ton pere propre) auec ung regard d'yeulx
diligent, & auec une grande affētion d'apprendre,
& scauoir.*

Quæ si reliquit tibi minus intellecta, sunt repe-
tenda à tuis condiscipulis) & si parum primò in-
telligas præceptoris documenta, fac ea tibi fami-
liarius explicentur à tuis condiscipulis te doctio-
ribus. *Et si tu n'entends pas bien du commencement les
enseignements de ton precepteur, fais, que tes compai-
gnons plus scauants, que toy te les expliquent plus fami-
lièrement.*

Ne autem queraris intellecta, neglecta: inscri-
bes nitido libro sæpe legenda) sed ne tibi ex me-
moria excidāt, quæ præceptor tradiderit, ea fac li-
bro chartaceo inscribas, ut scripta possis sæpe le-
gere.

gere. Mais afin que tu n'oublies ce, que le precepteur t'aura dict, & enseigné à la leçon, es cris le en ung liure de papier, pour par apres le lire souuent.

Vbi tandem eris doctus, reliquum est, cures uere bene) postquam doctrina satis cultus eris, requiritur, ut rectè, & honestè uiuere studeas. Et apres que tu seras suffisamment instruit aux lettres, il reste, que tu t'asches de bien, & honnestement passer le cours de ta uie, sans aucun vice, & avec toute uertu.

Et præcipias ignaris, tibi cognita) & tuæ scientiæ, atq; eruditionis participes facias eos, qui ignari sunt. Il fault aussi, que tu fasses participans de ton scauoir, & erudition ceulx, qui sont ignorans.

*